



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput octogesimum primum. Jesus Sanctus dictus κατ' εξοχ[...]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## CAPUT LXXXI.

*Iesus Sanctus dictus καὶ ἔρχεται.*

**PSALM. 4. 4.** *Et scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum.*

**Psalm. 15. 10.** *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem:*

**Isa. 12. 6.** *Exulta, & lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israël.*

**Dan. 9. 24.** *Septuaginta hebdomas ab brevitate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & propheta, & ungatur Sanctus sanctorum.*

**MARC. 1. 23, 24.** *Et erat in Synagoga corum homo in spiritu immundo, & exclamavit dicens, Quid nobis & tibi, Iesu Nazaren? venisti perdere nos? scio qui sis, Sanctus Dei. Et Luc. 4. 33, 34.*

**LUC. 1. 35.** *Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascitur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.*

**LUC. 2. 22, 23.** *Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sacerdotes cum Domino, sicut scriptum est in Lege Domini, Quia omne masculinum adaperiens vulvam, Sanctum Domino vocabitur.*

**AET. 2. 27.** *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

**AET. 3. 14.** *Vos autem Sanctum & Justum negligitis, & petitis virum homicidam donare vobis.*

**AET. 4. 27, & seq.** *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus Sanctum puerum tuum Jesum . . . . Et nunc, Domine, respice in misericordias eorum, & da servis tuis cum omnibus fiducia loqui verbum tuum; in eo quod mandatum tuum extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen Sancti filii tui Iesu.*

**1. COR. 1. 30.** *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.*

**EBR. 7. 26.** *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, Sanctus, innocens, impollitus.*

**1. PETR. 1. 14, & seq.** *Quasi filii obedientiae, non configurati prioribus ignorantie vestra desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos Sanctum, & ipse in omni conversatione sanctissimus: quoniam scriptum est, Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum.*

**1. JOH. 2. 10.** *Sed vos unctionem habetis a Sancto, & nostis omnia.*

**APOC. 3. 7.** *Et Angelo Philadelphia Ecclesiæ scribe, Hac dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David.*

**APOC. 6. 10.** *Et clamabunt vox magna dicentes, Usquequo, Domine ( Sanctus & Verus ) non judicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?*

*Sanctum fore Messiam Ju-dai sentiunt.* **I. C**ONSENTANEA est his Veteris Testamenti effatis Judæorum sententia: nam R. Abraham Schalom in libro Neve Schalom, popularium suorum, ut videtur, vestigiis inhærens, sanctissimum omnium Messiam fore docet.